



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Indus ab vxore in fide confirmatus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

laudandis illa, per omnem vitam grata fuit; Sed & marito, à quo didicit, in periculis, optimos Patronos inuocare.

X.

Lib. 9. Histor.  
Tripart. 6. 13.

Io. Pet. Maff.  
lib. 4. select.  
ep. ex Ind.  
Francisci Ca-  
pralis ad Io.  
Bapt. Mau-  
tuan.

Quemadmodum hanc maritus, contra vim fraudemque mali demonis, docuit sese munire, ita Augusta Placilla precibus retinuit Theodosium, ne Eunomium audiret Niceno dogmati aduersa docentem. Atque ut nostri quoque sæculi historiam afferamus, in ipsa Xichi regione, teste Petro Maffeo, cum aliqua facta est ad Christi gregem accessio, tum insuper edita sunt nonnulla vera fidei ac pietatis illustria documenta: cum enim neophytis quidam proposita capitis pœna perterritus, qua humana fragilitas est, à Christi nomine defecisset, id uxor eius ita indignè tulit, ut una cum filio sese à viri conuictu & consortio protinus remoueret, fortiter increpans: *Auertat à me Dominus, ut cum eo veniam, qui mortis metu Christum eiuuauit.* Quo facto miser ille compunctus intus sensibus, & culpam agnosceus, noctu clam ad Nihilidem Vasum accessit, & effuse ducensq; ex alto corde suspiria, locum penitentia suppliciter petijt, paratus tanti peccati quodlibet scilicet supplicium: quin etiam certum sibi esse affirmans, relicta patria suisq; omnibus in Christianorum loca migrare, ut religionem susceptam liberius colere liceret. *Nec sefallit fidem.* Noctè intempesta, ipse cum fratre ac duodecim præterea consilij eiusdem socijs abiijt. Qui omnes, re familiari, & agris facta iam semente, neglectis, rursus & regentes Christo seruire potius, quam domi diuites, & apud principes gratiosi & potentes, colere maluerunt.

XI.

Victor Vti-  
cens. lib. 3.  
de perfec.  
Vandalor.

Admiranda S. Nataliæ Adrianum maritum neophytum in fide confirmantis, & ad maxima supplicia toleranda adhortantis fortitudo, paucis describi non potest, & alio loco à nobis explicatur. Hic tamen omittendum non est, quod Victor Vticensis recenset de alia mirabili heroide virum in officio retinente. Hunerico Vandalorum & Alanorum rege in Ecclesiam sæuiente, impio eiusdem mandato, Liberatus honesti nominis vir, & medicæ artis peritus in exilium ire iussus est, sed antè tentandus, quàm amandandus, & tentandus quidem Ariana calliditate, per sobolem in parentes grassante. Ariani enim, ut per affectum pietatis virtutem genitorum, offerrent, filios à parentum amplexa voluerunt auertere. Et jam unum